

**A** effe, sed competēti diuisione distinctam. In omni enim cōsolatione melior est distinctio, multo magis in oratione atq; oblatione, quæ nisi certas diuisiones habeat, sit obfusca. Ideo hostiæ plerunq; membra lex diuidi iubet, & holocausta offerri, vt sine admixtione & operimēto aquæ nudum sacrificiū sit, eo quod nuda atq; omnibus exuta inuolucris debet fides nostra feruere, ne vanis & fallacibus opinionibus induatur, sed pura atq; sincera simplicitas mentis appareat: deinde in partes diuidatur congruas. Virtus enim genus est, quæ diuiditur in plurimas species. Sed principales quatuor sunt. Prudentia, temperantia, fortitudo, iustitia. Redoleat igitur oratio tua prudentiā erga cognitionē dei, & veritatem fidei. Redoleat tēperantiam, quā etiā a coniugibus exigendam putauit Apostolus dicens: Nolite fraudare inuicē, nisi forte ex cōsensu ad tempus, vt vacetis orationi. Et lex castigatō ante hesternū & nudius tertium diem ad sacrificium accedere iubet. Fortitudinē teneat oratio, vt nullo interpoletur metu, nulla lassitudine deficiat. Tūc enim debet esse intentio ad precandū robustior, cū vrgemur aduersis. Iustitiam custodiat precatio, quam si tenuisset Iudas, nō in peccatū facta esset ei oratio. Quādo enim magis ab iniustis operibus ac prauis studiis abstineri debemus, quā tunc quādo dei iustitiā deprecamur?

1. Cor. 7.

**M**ath. 4. Et ideo dominus, vt cordi nobis esset iustitia, Beati, inquit, qui persecutione patiuntur propter iustitiā. ipsorum est enim regnū cælorū. Hæc enim debet Iudæ. Nam si affuisset, nō tradidisset dominū, nō prodidisset magistrum. Defuit sacrificio etiā Cain istius, qui si tenuisset iustitiam, domino debuisset primitiua munera nō posteriora deferre. Defuit itaq; ei diuisio, ideoque responsum ait: Si recte offeras, nō recte autē diuidas: peccasti, quiesce. Vides quātum sit vitii. Vbi deest diuisio, ibi totū sacrificiū refutatur. Superest vt de cōtinua & iugi oratione dicamus, quod in morari nos & vacare orationi oportet. Pernoctabat dominus in oratione, nō vt sibi met prodesset, sed vt nos doceret. Requies enim oratio quādam operatur disciplinā orandi, quia ipse vsus docibiles dei facit, indocibiles negligētia. Bona igitur exercitatio. Denique corporis virtus exercitatione augetur frequēti, aut in exercitata minuitur & labitur. Plurimi enim exercitiū distinetudine etiā naturalē dissoluerunt virtutem. Similiter anime fortitudo exercitationis assiduitate solidatur, vt labor ipse disciplina sit, nō oneri futurus, sed vsui. Hic cū mēti nostræ deferamus, qui multa attritus meditatione ac politus, cor hominis sicut illud cæleste manna cōfirmet. Quod nō ociose tritū ac politum accipimus, eo quod cælestiū scripturarū alloquia diu terere ac polire debemus, toto animo & corde veritantes, vt foccus ille spiritalis cū in omnes se venas animæ diffundat. Ergo si tāq; pubescēs adolecat fides quæ defectū senectutis deuotionis ablegat, & spiritū ferueat, & cōgrua distinctione teneatur mēsurā legitimæ diuisionis, & assiduitas cōmendat gratiam: tūc sit illud pingue & tanq; adipale precationis genus, de quo dicit scriptura: Impinguasti in oleo caput meū. Sicut enim agni multo lacte pinguescit, & sicut oues bene pastæ adipem nitent, ita apostolico succo pasta fidelium pinguescit oratio. Horū si desit aliquid quæ supra diximus, sacrificium non probatur. Ideoq; dictū est ad Cain: Si recte offeras, non recte autē diuidas: peccasti. Namq; mundus ipse distincte legitur factus, cū esset ante incōposita pars eius, quia terra erat inuulsiibilis & incōposita. Nempelux primum facta est, & vocauit deus lucem, & separauit deus inter lucem & tenebras, & vocatæ sunt tenebre nox. Et per ordinē singula q̄ facta sunt legitimus, cælum, terra, ligna fructifera, animalia diuersa. Distributa autē sunt leniora superiorib⁹, vt aer & ignis: & grauiora inferioribus, hoc est terra & aqua. Vtq; simul oia fieri iubere potuit deus, sed distinctione seruare maluit, quā nos in omnibus imitaremur negociis, et maxime in viassibus

Luc. 6.

Luc. 6.

Psal. 22.

diuibus gratiarū. In quib⁹ nō satis est reddere quod acceperis, sed cōmendare quod reddas. Nā si quis debitu soluat, & in referēdo iniuriam faciat creditori, intolerabilis est utiq; q̄ nō reddidisse quod debebat. Non ergo quātitas solutionis, sed animus reddētis, & qualitas cōsideratur, & affectus. Recte igitur Cain obtulit, quia oblatio insigne deuotionis, & iudiciū gratiarū est: sed non recte diuisit, quia ante omnia deo debuisset deferre primitias, vt a gratia inchoaret autoris. Etenim diuisionis hic ordo est, vt prima secūdis, nō primis secūda præcurrat, & cælestia terrenis, non terrena cælestibus preferantur.

Quod quia Cain ordinē diuisionis nō seruauit, dicitur sit ei: Peccasti, quiesce. Et quæ ad modū deus omnia docuerit, & quid moraliter illud significet. Cap. VII.



**S**ED quia Cain cōfudit hunc ordinē, dicitur ei: Peccasti, quiesce. Omnia docet deus. Primum ne pecces, vt in Adā monuit. Secūdo si peccaueris, quiescas, vt in Cain doceris. Erubescere enim debemus, & condēnare peccatū, nō defendere, quoniā pudore culpa minuitur, defensione cumulat. Et silēdo corrigimur, cōtentione prolabimur. Sit saltem verecūdia ubi nō est absolutio. Inde illud: Iustus in exordio sermonis accusator est sui. Et iterū ab ipso dñō sibi dictū legitimus: Dic iniquitates tuas, vt iustificeris. Quanta pudoris gratia, vt iustitiā teneat verecūdia, quā culpa reatus abstulerit. Ideo autē ait, Quiesce, quoniam nō habes quod excuses. Culpe ipsius ad te cōuersio est. Nō enim frater ei adiciatur, sed error adscribitur, cuius ipse sibi autor est. In te, inquit, reuertetur crimē quod a te cepit. Non habes in quo necessitate magis q̄ mentē tuam arguas. In te retorquetur improbitas tua, tu princeps es illius. Bene ait: Tu princeps es illius. Etenim impietas mater quædam est delictorū: & qui grauiora peccauerit, in cetera facile prolabitur. Quomodo enim potest ab humanis tēperare qui diuina violauit, & hominibus bonus esse qui deum læsit? Atriorē igitur scelerum reatu vitia reliqua sequuntur, quoniam quo flagitiosa perpēderint, eo inclināt cetera. Tu ergo princeps operis tui, tu dux criminis. Nō te inuitū, nō imprudentē error attraxit, sed voluntarius reus iudicio non lapsus fecisti dolū, quo te diuinitas iniuriæ reum ipse conuincit.

Prou. 28.

Esa. 43.

E

Quomodo Cain admonitus vt quiesceret, auxerit insolentiam, & flagitiū acerbauerit. Et quid sibi velit quod ait: Eamus in campum. Caput VIII.



**A**DMONITVS igitur vt quiesceret, auget insolentiam, acerbatur flagitiū. Quid igitur sibi vult quod ait, Eamus in campum: nisi quia locus nudus gignentium eligit parricidio? Vbi enim frater habebat occidi, nisi ubi fructus deesset? Tanq; prælagiens natura tanti sceleris loco germina denegauerat, quia nō cōueniebat vt idem solū & cōstigia parriidalis sanguinis reciperet præter naturā, & fructus secundū naturā germinaret. Merito ipse dicit: Eamus in campū. Nō dicit, eamus in paradysum, ubi poma florent, nō in aliquē cultū & fructiferū locū. Ipsi parricidia indicant fructū se sceleris habere nō posse, nec penes eos fructū manere qui tātæ impietati p̄berint officiu. Nā ipsam refugiat elementorū benignitate, vt iste Cain, q̄ videt veritē ne largior boni terra puetus triste facinus impediret, & liberalitatis assuetudine genialis quæ facit sibi factus & fructus varios germinare, in hoc q̄q; criminis apparatu vel muta specie sui fraternū reuocaret affectū. Latro diē refugit quasi criminis testē. Lucē adulter erubescit, q̄si adulteriū conscia, parricidia terrarū scēcūditate fugit. Quō enim poterat cōmunis partus videre cōsortia, qui confortē sui sanguinis trucidabat? Ioseph in lacū mittit sicca, Ammon intra domū occidit.